



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDLXXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

Illi ebe-
dire.

gnificè gloriofa conspecta fertur dixisse: Frantise,
relinque has oves; & vade statim Murciam, ubi sancta
vite Sacerdotes inuenies. Paruit, & in Societate pro
beneficio gratus vixit. Vide num. 910.

ANNO MDLXXVII.

920 Moriens hoc anno *Ioannes Baptista Caran-*
dinus Seminarij Romani Conuictor, Deiparam,
præsentem spectasse dicitur à Sacchino, ab eaque
didicisse; *Innocentium Fontanam votis potitum.*
Optabat ille Societati adscribi: sed non deerant
qua obstante. Rogauit Carandinum ut cuidam
suo negotio felicem à Deipara exitum impetraret.
Et *Ioannes, Clementissima, inquit, Mater hoc ait; te id*
quod optas assecuturum. Et est assecutus, ut latè re-
fert Sacchinus in hist. Societatis.

n.33. ob. 1577. 921 *P. Ioannes de Zunniga cùm extremo in mor-*
bo doloreret spem sibi aliquam sanitatis potius quam
mortis asserri, postea visam sibi dixit Beatissimam
Virginem amanter promittentem, fore, ut proximo
suo festo die hinc emigraret, mortalitate solu-
tus. Et verò 2. Februarij Limæ abijt, seu nos præ-
cessit.

ANNO MDLXXVIII.

ob. 1578. 922 *Didacus de Mendoza ante mortem, Deipara,*
quam se coram intueri aiebat, Feliciter, inquit, ac
benè veneris, Domini mei Mater, ac Domina mea.
Vnde mihi benignitas, & indulgentia tanta?

ANNO MDLXXIX.

ob. 1579. 923 *Ioanni Ximeno Coadiutori coram imagine*
Immaculatæ Conceptionis oranti scrupulus incidit,
quod erga animas in purgatorio horrendis tormen-
tis afflictas parum liberalis esset, atque propensus.
Hæc secum ipse volvens, ecce velut consultricis
Deipara hortamentum accepit, cùm vocem audire
sibi